



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Altarium portatilium vsus tollitur, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

admittant, aut in Sacellum, Choros-
cium, vel Cantorem recipient, nisi prius
ip̄is litteratorie constiterit, quod litteræ
testimoniales ac dimissionales huius-
modi per Nos seu Vicarium nostrū ge-
neralē v̄ s̄ fuerint & examinatae, quod
que qui illas pr̄sentat in his quæ ad vi-
tam, mores, doctrinam, nec non ad ritus
& c̄eremonias Sacrificij Missæ pertinēt,
diligenter examinatus fuerit, & ad cele-
brationem Missarum, aut Sacramento-
rum administrationem approbatus.

a Conc. Trid. sess. 22. in decret. de obser. &c.
uit. in celebratione Missa. b sess. 23. de re-
form. c. 16 in fine. b Statuta VVichboldi Ar-
chiep. Colon. c. 3. pag. 51. Henrici Archie-
pisc. Colon. c. 10. pag. 63. Philippi Archiep.
Colon. pag. 283. Adolphi 3. Archiepiscop. Co-
lon. pag. 462. col. 1. §. post h.c. Conc. Provinc.
Colon. sub Hermanno 5 p. 1 c. 31. Conc. syno-
dale sub Ernesto An. 1598. tit. 4.

1. In Ecclesiis violatis ante reconciliatio-
nem non fiat Sacrificium.
2. Altarium portatilem v̄sus tollitur.

LVII. Denique mandamus innouā-
do decretum Synodi Diocesanæ sub de-
cessore

cessore nostro Henrico a Archiep. Col-
on. habitæ , ne quis in Ecclesijs seu Sa-
cellis violatis sacrificium faciat, ante lo-
lemnem eorum reconciliationem: & cū
Altaria lapidea; pariter & fixa esse de-
beant, non autem de loco in locum por-
tabilia , horum proinde vsum ad populi
commoditatem, vrgente necessitate latè
permisum rectè sustulit tā Conc. Trid.
quam Colon. Quare ne quod ad tempus
duntaxat & ex graui causa cōcessum est,
contra canonicas sanctiones, & ad irre-
verentiam sacrosancti mysterij Missæ
trahatur in consuetudinem, volumus e-
mōno, vt sicubi Ecclesiæ vel Altaria
violata sunt , aut destructa , ea cum
primum fieri poterit, instaurentur, & sa-
cris vībus per Episcopalem reconcilia-
tionem , vel consecrationem restituam-
tur, eoque facto ibidem Altarium por-
tatile vīsus penitus interdicatur. Quo-
circa omnem facultatem quibuscumque
personis siue laicis, siue Clericis, aut Sa-
cerdotibus , & his tam Regularibus,
quam secularibus ordinaria auctoritate
factam, vt eis Altari portatili yti liceat,
ex sententia Prædecessorum nostrorūm

& Wil-

¶ Wilhelmi & Hermanni Archiepiscoporum Colonensium reuocamus, ac reuocatam esse hoc decreto sancimus.
a Statuta Henrici Archiep. Colon. p. 102.
col. 2. n. 12. b Statuta VVilhelmi Archiep.
Colon. c. 24. pag. 173. & 174. Statuta Her-
manni 4. Archiepiscopi Colon. §. 26. pag.
275. col. 1. in pr.

In cuius rei fidem hasce manu nostra
subscriptas, Sgillo nostro iussimus com-
muniri. In Oppido nostro Bonna die
22. Augusti Anno 1644.

Ferdinandus.

Vt. Georgius Paulus Strauius E-
piscopus Ioppensis, Suffraganeus
Coloniensis & Vicarius generalis.

Euerhard:Richards.